Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

In Qvarto Historiae Ecclesiasticae Libro haec continentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

τῶν. καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν. οὐ μέν τοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα. οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ. ὕστερον δὲ ὡς ἔφην Πέτρῳ, ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λόγων. ὥστε οὐδὲν ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἔνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν. ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν, ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς. ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου. περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτ' εἴρηται. Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο. ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἠδύνατο ἕκαστος. κέχρηται δ' ὁ αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς, καὶ τῆς Πέτρου ὁμοίως. ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς, ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ Κυρίου. ἣν τὸ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγέλιον περιέχει. καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν ἀναγκαίως πρὸς τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐπιτετηρήσθω.

Τέλος τοῦ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγου τρίτου.

A pretem, quæcunque memoriæ mandaverat, diligenter perſcripſiſſe: non tamen ordine pertexuiſſe quæ à Domino aut dicta aut geſta fuerant. Neque enim ipſe Dominum audiverat aut ſectatus fuerat unquam. Sed cum Petro, ut dixi, poſteà verſatus eſt, qui pro audientium utilitate, non verò ut ſermonum Domini hiſtoriam contexeret, Evangelium prædicabat. Quocirca nihil peccavit Marcus, qui nonnulla ita ſcripſit, prout ipſe memoria repetebat. Id quippè unum ſtudebat, ut ne quid eorum quæ audierat, prætermitteret, aut ne quid falſi eis affingeret. Hæc de Marco Papias narrat. De Matthæo verò ſic ha-
B bet: Matthæus quidem, inquit, Hebraïco ſermone divina ſcripſit oracula: interpretatus eſt autem unuſquiſque illa prout potuit. Porrò idem Papias teſtimoniis ex priore Joannis epiſtola, & ex priore itidem Petri deſumptis utitur. Aliam quoque exponit hiſtoriam de muliere, quæ multorum criminum coram Domino accuſata eſt. Quæ quidem hiſtoria in Evangelio ſecundum Hebræos ſcripta habetur. Atque hæc cum aliis quæ ſuprà poſuimus, non ſine cauſa à nobis obſervata ſint.

Explicit Liber tertius Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

Τάδε καὶ ἡ τετάρτη περιέχει βίβλος τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

α' Τίνες ἐπὶ τῆς Τραϊανοῦ βασιλείας, Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων γεγόνασιν Ἐπίσκοποι.
β' Ὁποῖα Ἰουδαῖοι κατ' αὐτὸν πεπόνθασιν.
γ' Οἱ κατὰ Ἀδριανὸν ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογησάμενοι τίνες
δ' Οἱ κατ' αὐτὸν Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων χρηματίσαντες Ἐπίσκοποι.
ε' Οἱ ἀνέκαθεν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος καὶ ἐπὶ τοὺς δηλουμένους Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοποι.
ς' Ἡ κατὰ Ἀδριανὸν ὑστάτη Ἰουδαίων πολιορκία.
ζ' Τίνες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγόνασι ψευδωνύμου γνώσεως ἀρχηγοί.
η' Τίνες ἐκκλησιαστικοὶ συγγραφεῖς.
θ' Ἐπιστολὴ Ἀδριανοῦ ὑπὲρ τοῦ μὴ δεῖν ἀκρίτως ἡμᾶς ἐλαύνειν.
ι' Τίνες ἐπὶ τῆς Ἀντωνίνου βασιλείας Ἐπίσκοποι Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων γεγόνασιν.
ια' Περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς γενομένων αἱρεσιαρχῶν.
ιβ' Περὶ τῆς Ἰουστίνου πρὸς Ἀντωνῖνον ἀπολογίας.
ιγ' Ἀντωνίνου πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας ἐπιστολὴ περὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου.
ιδ' Τὰ περὶ Πολυκάρπου τοῦ τῶν Ἀποστόλων γνωρίμου μνημονευόμενα.
ιε' Ὅπως κατὰ Οὐῆρον ὁ Πολύκαρπος ἅμα ἑτέροις ἐμαρτύρησεν ἐπὶ τῆς Σμυρναίων πόλεως.

ις´ Ὅπως Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος τὸν Χριστοῦ λόγον ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως πρεσβεύων ἐμαρτύρησεν.
ιζ´ Περὶ ὧν Ἰουστῖνος ἐν ἰδίῳ συγγράμματι μνημονεύει μαρτύρων.
ιη´ Τίνες εἰς ἡμᾶς ἦλθον τῶν Ἰουστίνου λόγων.
ιθ´ Τίνες ἐπὶ τῆς Οὐήρου βασιλείας, τῆς Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας προέστησαν.
κ´ Τίνες κατ᾽ αὐτὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας γεγόνασιν Ἐπίσκοποι.
κα´ Περὶ τῶν κατὰ τούτους διαλαμψάντων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων.
κβ´ Περὶ Ἡγησίππου καὶ ὧν οὗτος μνημονεύει.
κγ´ Περὶ Διονυσίου Κορινθίων Ἐπισκόπου, καὶ ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν.
κδ´ Περὶ Θεοφίλου τοῦ Ἀντιοχέων Ἐπισκόπου.
κε´ Περὶ Φιλίππου καὶ Μοδέστου.
κς´ Περὶ Μελίτωνος καὶ ὧν οὗτος ἐμνημόνευσε.
κζ´ Περὶ Ἀπολιναρίου τοῦ τῆς Ἱεραπολιτῶν ἐκκλησίας Ἐπισκόπου.
κη´ Περὶ Μουσανοῦ καὶ ὧν ἐκείνου συνεγράψατο.
κθ´ Περὶ Τατιανοῦ καὶ τῆς κατ᾽ αὐτὸν αἱρέσεως.
λ´ Περὶ Βαρδησάνου τοῦ Σύρου, καὶ τῶν φερομένων αὐτοῦ λόγων.

IN QUARTO HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRO hæc continentur.

I. Quinam Romanorum & Alexandrinorum Epiſcopi fuerint imperante Trajano.
II. Qualia Judæi, ſub eodem Imperatore perpeſſi ſint.
III. Qui imperante Hadriano pro defenſione fidei libros ſcripſerint.
IV. Qui ſub eodem Imperatore Epiſcopi Romæ fuerint & Alexandriæ.
V. Qui jam inde à Servatore noſtro uſque ad hæc tempora Hieroſolymorum Epiſcopi fuerint.
VI. Poſtrema Judæorum expugnatio temporibus Hadriani.
VII. Quinam eo tempore falſæ doctrinæ duces extiterint.
VIII. Quinam tunc fuerint Eccleſiaſtici Scriptores.
IX. Epiſtola Hadriani ne quis Chriſtianorum indicta cauſa puniretur.
X. Qui Romæ & Alexandriæ Epiſcopi fuerint imperante Antonino.
XI. De his qui eodem tempore ſectarum auctores fuerunt.
XII. De Juſtini Apologetico ad Antoninum.
XIII Epiſtola Antonini ad Commune Aſiæ de Religione noſtra.
XIV. Quæ de Polycarpo Apoſtolorum Diſcipulo commemorantur.
XV. Quomodo Polycarpus unà cum aliis Smyrnæ paſſus eſt imperante Vero.
XVI. Quomodo Juſtinus Philoſophus Religionem Chriſti Romæ prædicans martyrium meruit.
XVII. De martyribus quorum Juſtinus in ſuis libris mentionem facit.
XVIII. Quinam ad nos pervenerint Juſtini libri.
XIX. Quinam regnante Vero Eccleſiæ Romanæ & Alexandrinæ præfuerint.
XX. Quinam eo tempore Antiochenam Eccleſiam rexerint.
XXI. De Scriptoribus Eccleſiaſticis qui eâdem ætate floruerunt.
XXII. De Hegeſippo, déque iis quorum mentionem facit.
XXIII. De Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo & de epiſtolis ab eo ſcriptis.
XXIV. De Theophilo Antiochenſium Epiſcopo.
XXV. De Philippo & Modeſto.
XXVI. De Melitone, déque his quorum ille mentionem fecit.
XXVII. De Apollinare Hierapolitanæ Eccleſiæ Epiſcopo.
XXVIII. De Muſano & ejus Scriptis.
XXIX. De Tatiano & ejus hæreſi.
XXX. De Bardeſane Syro & de libris ejus qui ſuperſunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN